

## canis, fēlēs, et mūs

canis in Subūrā ambulat. canis est Celer. Celer est laetus.  
canis fēlem cōspicit. fēlēs in viā dormit. Celer lātrat 'bau!  
au!' fēlēs canem audit. fēlēs Celerem videt! hercle! canis est  
magnus sed fēlēs est parva. Celer fēlem agitat. fēlēs currit  
et popīnam intrat. Rūfīna fēlem tenet. Celer Rūfīnam nōn  
amat. canis popīnam nōn intrat. fēlēs est tūta.

prō popīnā, Celer mūrem cōspicit. mūs cibum cōsūmit.  
hercle! mūs magnōs dentēs habet! canis est magnus sed  
mūrem timet! Celer est perterritus et ē viā festīnat. canis  
nōn est laetus. certē Subūra est perīculōsa!

fēlēs, fēlem *cat*

cōspicit *catches sight of*

audit *hears*

agitat *chases*

amat *likes*

tūta *safe*

magnōs dentēs *big teeth*

timet *fears*

5

10

